



The Holy See

CHIROGRAPHUM

Quo Excellentissimus Dominus Petrus Parolin Secretarius Status nominatur.*

Ad bonum Ecclesiae Universae providendum et Sedis Apostolicae servitium efficacius reddendum, cum rem in Domino mature perpendi, decrevi Te Secretarium Status nominare et constituere.

Proinde Tibi omnia et singula huic officio adjuncta iura et honores concedo et onera tribuo.

Vota faciens ut Deus Tibi propitius adsit in huiusmodi munere ad gloriam suam et Christifidelium utilitatem implendo, Benedictionem Apostolicam, fraterni amoris testem, Tibi libenter impertio.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXXI mensis Augusti, anno MMXIII.

FRANCISCUS

*A.A.S., vol. CV (2013), n. 9, p. 815.